



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 81. Connestabilis Responsio ad Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. terim esto, me haad amplius in tua ge-  
A.C. 1523. ita inquisitum; sola enim tua amici-  
tiæ promissio certum erit fidei tuæ te-  
stimonium.

## §. LXXXI.

*Connestabilis Responso ad Re-  
gem.*

**H**ac Regis libertate ac clementia Con-  
nestabilis animus omnino expugna-  
tus videbatur, unde tam officiam fa-  
lutationem submissa gratiarum actione  
rependens ajebat: tua erga me Augu-  
ste Rex, sinceritas, qua mentem tuam  
manifestare dignaris, mihi quoque ad  
ea, quæ paterno corde monuisti, respon-  
dendi libertatem inspirat; ita est, nec  
diffiteor, Rucensis Comes, ut ad Cæsa-  
ris partes deficerem, me sollicitavit;  
verum tam detestandi criminis horrore,  
ac infamiae nota, quam conscientiæ, ac  
nomini meo inurerem, absterritus om-  
nino recusabam; insuper ingenue iti-  
dem fateor, quod tota indignationis  
meæ cauſa extiterit lis mihi intentata,  
de qua Regiæ Majestati suæ sermonem  
ingerere placuit; prorsus enim indigna-  
res mihi videbatur, quod ea, quæ Re-  
ges Prædecessores tui Majoribus meis  
benigne concesserant, inique mihi auf-  
ferrentur; cum autem tam gratioſa Ma-  
jestatis

festatis tuæ salutatio & liberalitatis Sæc. XVI.  
 tuæ, ac clementiæ sponsio tanti mali ti- A.C. 1543.  
 morem mihi penitus adimat, eapro-  
 pter juro ac protestor coram Deo, quod  
 Sacræ Majestati tuæ tum in Italia, tum  
 alibi, ubicunque me tibi vocare placue-  
 rit, integra fide tanquam subditorum  
 tuorum devotissimus mea tibi obsequia  
 sim impensurus. Rex Connestabilem  
 suis monitis devictum existimans, in e-  
 jus amplexus ruens, se haud ultra cul-  
 pæ memorem fore jurabat, eumque mo-  
 nebat, ut suæ tantum valetudinis cu-  
 ram haberet, ac Lugdunum pergeret,  
 cum ejus præsentia ad ducendum exer-  
 citum suum oppido necessaria foret,  
 proin ipsum ibidem præstolaretur. Spon-  
 debat Connestabilis, se eo lectica dela-  
 tum iri; nec fidem fefellit, quippe pau-  
 cis post Regis discessum diebus itineri  
 se accinxit, comitante eum Wartensi  
 Toparcha, quem Rex eo ex fine ibidem  
 reliquerat.

### §. LXXXII.

*Rex a Connestabili regno exceedere  
 parante delusus.*

Attigerat Paliciam Connestabilis, ubi  
 eundem Wartensem ablegavit, ut  
 Regi suscepit itineris notitiam deferret,  
 simulque significaret, se adeo viribus  
 fractum